

cometa pag. 82. nodum statuit in $16^{\circ} 23'$. γ . $158^{\circ} 45' 12''$. cuius complementum ad semicirculum, quo in calculo utimur, est $21. 14. 48$. siue $21^{\circ} 15'$. fiat:

CONSECTARIVM. II.

676. Differentia longitudinis, singulis diebus inventae, indicat motum cometae diurnum, ex quo, utrum directus uel retrogradus sit, liquet. Simili modo etiam latitudinis incrementum uel decrementum diurnum cognoscitur.

CONSECTARIVM III.

677. Longitudo et latitudo ad declinationis et ascensionis rectae cognitionem uiam sternit. (§. 267. Sph.) HEVELIVS p. 86. ex longitudine et latitudine cometae a. 1652. (§. 673.) inuenit declinationem borealem $37. 35. 50$. ascensionem rectam $43. 47. 38$. distantiam uel elongationem a sole $131. 2. 15$. add. TYCHONIS progymn. L. II. c. 4.

PROBLEMA CLX.

678. Data longitudine cometae G et latitudine GC , et longitudine solis S , elongationem cometae a sole inuenire.

Fig LXXXIX. Resolutio. In schemate 89 denotat circulus EGL eclipticam, P eius polum; in ΔGCS rectangulo ad G , quaeritur hypotenusa CS , ex cruribus notis GC , GS , quae est elongatio cometae a sole (§. 18. T.S.)

HEVELIVS Cometogr. p. 80. a. 1652. d. 20. Dec. inuenit longitudinem cometae G $68^{\circ} 24' 24''$ solis S . $269^{\circ} 39' 12''$. latitudinem GC $30^{\circ} 49' 1''$. quia longitudo cometae minor est longitudine solis, ad illam additur circulus, ex summa $428. 24. 24$. tollitur longitudo solis $269. 39. 12$, relinquitur pro GS differentia longitudinis

<i>S. Tot.</i>		<i>I.</i>
<i>Cof. GS.</i>	$21^{\circ} 15'$	996942
<i>Cof. GC.</i>	$30. 49.$	993389
<i>Cof. CS.</i>	$53. 10.$	<u>990331</u>
<i>Compl. CS.</i>	$36. 50.$	

sed quia constat, CS maius esse quadrante, (quandoquidem crux $\Delta li GS$, quippe minus hypotenusa, quadrante maius est:) sumitur pro inuenito complementum eius ad semicirculum $143^{\circ} 10'$. quod designat CS elongationem cometae a sole.

PROBLEMA CLXI.

679. Data declinatione et ascensione recta cometae, motum eius diurnum, et angulum sectionis orbitae eius et aequatoris inuenire.

Fig. XC. Resolutio 1. Eligantur observationes cometae remotiores, ut declinationum et ascensionum differentiae, et anguli triangulorum soluendorum maiores sint.

2. Figura locis obseruatis consentanea fiat, in qua AQ exhibeat aequatorem, DMC portionem orbitae cometae, PL , PI sunt quadrantes declinationis, quaeritur punctum aequatoris H , ubi orbis cometae aequatorem secat, et angulus sectionis $LHM = GHI$.

3. Ducto perpendicularo GO , in ΔPOG , ad O rectangulo, nota est differentia ascensionum rectarum duorum locorum obseruatorum $L = LPI$, et complementum declinationis GP , pro obseruatione posteriore, quaeritur comparatione